

& territorio Vasti donare & locupletare volumus opere & cum effectu remittendo cortes duas scilicet in Sarsole & Pierio cum omnibus pertinentiis suis campis, vineis, pratis, nemoribus & silvis quibuscumque. Item massaritium unum cum casis, & petiam unam prati prout est & usque nunc fuit per nos possessa in dicto loco Vasthi sicut fuit laboratum per Erichum de Cedeno. Item & in ea Ecclesia volumus quod perpetuis temporibus officiantur Monachi, qui regulam S. Benedicti sequuntur, quibus Monachis item providimus in Abatem consecratum justum & devotum virum Landulfum, cui nomine Monachorum suorum facultatem concedimus pro sumtu Monasterii de nostris proprietatibus dictas cortes & Massaritium superius enarratas uti frui & ita per cultellum festucam legitimam facimus remissionem, & investituram. Quod ego Thetes Marchio lege Salica proficiens attendere & observare propono stipulantibus Escherio notario Sacri Palatii, & Argundo etiam notario quos scribere rogavi presentibus scriptis testibus. Actum in Vico Laureti in portico castri ubi duas oblationis cartas uno tenore scriptas fuerunt traditas anno primo Imperii Corradi septimo mensis maii, indictione decima. Signum Theti seu Tethonis Marchionis, qui ut supra disposuit. Signum Wiberti, & Ennericileges insequentes Romanas. Signum Arduci & Stephani Salica lege viventium. Et ego ec.

Fundatio Monasterii S. Iustinae Sezadii ab Otberto Marchione, ejusque filiis ex tabulario Congregationis S. Sepulchri Mediolanensis.

15

M X X X.

In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Chunradus gratia Dei Imperator Augustus anno imperii ejus Deo propitio tertio, Kalend. martii indictione tertia decima Nos Otbertus Marchio filius bone memorie Anselmi item Marchionis & Wido seu item Otbertus pater & filii qui professi sumus nos ipsi pater & filii ex natione nostra lege vivere Salica ipso namque genitor noster nobis consentiente & subtus confirmante. Dum hominibus in hoc seculo vivent . . . propterea volumus aliquantum de nostra substantia, quam nobis a divina pietate largita est, ordinare & disponere . . . primus omnium volumus & statuimus quam per hanc cartulam ordinationis nostrae confirmamus, ut petia una de terra posita in loco & fundo Seciadi cum basilica una que ibidem est edificata in honore sancte Justine . . . cum omnibus aedificiis super se habente coeret ei de una parte via, de alia parte terra de heredes quoddam Petri, da tertia parte terra nostra quod in nostra reservamus potestate proprietario juri. Et petia una de terra quae dicitur Insula. . . coeret ei de duabus partibus terra ex curte Seciadi, & ex tertia flumen Burmia. Et item omnem nostram portionem de omnibus rebus juris nostris, quod sunt terra Ubaldenga, & est eadem terra Ubaldenga in loco & fundo Casine, & ubicumque invenire potuerint de eadem terra infra comitatu Aquensi, & jam dicta terra Ubaldenga juris nostris . . . & concedimus Deo & Sancte Justine aliquantulum de nostra fa-

milia, ancilla una juris nostris nomine Dominica cum tres filias, quarum nomina Ingelberga, & Natalia, seu Olberga, quam cum unum filium suum nomine Rapertus, quam alii filii nomine Johannes, & Dominicus sive cum omni alia sua agnitione . . . omnia quae superius leguntur veniant & sint in potestate Monasterii, quae est fundatum juxta prefata Basilica Sancte Justine in predicto loco Seciadi Comitatus Aquense, & fuit ipsa Basilica constructa ad bone memorie domnus Luiprandus Excellentissimo Rege, cujus regni Langobardorum, & ad nos institutum est Monasterium. Eo vero ordine, ut superius declaravimus, & nostra decrevit voluntas pro anime nostre & quondam genitore meo tui superius Otberti & genitricis seu parentum nostrorum tam virorum quam mortuorum Catholicorum, quam & pro salute anime jam nominato Domno Prefule Luiprando Regem, quam Rodulphi item Rege mercedem. Omnibus jam nominatis rebus & familiis habeant Monachi illi qui in eodem Monasterium ordinati fuerint . . . & si ei oportuerit commutandi . . . potesta . . . Abbas ille & videant, ut cum Deo a parte ipsius Monasterii sit ipsa commutatio megliorata . . . Insuper per cultellum festucum notatum vvanonem, & vvanonem terreque ramum arboris & suprascripte monasterium & Abbate seu Monachorum facimus traditionem & vestituram, & nos exinde foris expulimus . . . sed presens hanc cartam ordinationis diuturnis temporibus firma & stabilis permaneat, quam persistat inconvulsa constipulatione subnixa, & bergamena cum atramentario de terra elevavimus hanc paginam Oddoni notarii & judex Sacri Palatii tradimus & scribere rogavimus, in qua subtus confirmamus testibus quam obtulimus roborandam Actum in suprascripte corte Seciadi justa suprascriptum monasterium feliciter.

Ego Otbertus Marchio scripsi
 Ego Wido scripsi Ego Otbertus scripsi
 Signum | | Andreas & Lodovicus ambo lege
 viventes Salica. Signum | | Odoni & Opizo
 testes. Signum | | Rodulphi & Gozo seu Astaldi
 testes. Ego qui dicor Oddo notarius & judex Sacri
 Palatii scriptor hujus carte ordinationis & offerfionis pro data licentia suprascripti Marchio post tradita complevi & dedi.

Diploma Henrici II. Imper. Ecclesiae Aquensis.

M X X X I X.

16

In nomine sanctae, & individuae Trinitatis. Henricus divina favente clementia Rex. Decet, & oportet regalem excellentiam Ecclesiarum provenibus assidue incumbere, eisque deservientibus, & divinam militiam exercentibus misericorditer subvenire, ut & temporalibus augeatur successibus, & gaudiis perfruantur indeficientibus. Quapropter universae sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque fidelium praesentium, & futurorum noverit industria, qualiter Wido sanctae Aquensis Ecclesiae Episcopus per suos nuncios secum nostrorum antecessorum